

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Pena siue punitio m  
cum fonte primo

Sicut uno sole omnes tanguntur nec  
tamen sub eo uno ordine omnes  
estuamus quia iuxta qualitatem  
corporis sentitur eciam pondus  
caloris, sic dampnatos et una  
est gehenna que affligit et tamen  
non omnes uno calore conburit quia  
quod hic agit dispar ualitudo corporum,  
hoc illic exhibet dispar causa meritorum.

Gregorius ibidem (libro IX. moralium).

Nam  
sicut uno sole omnes tangimur nec  
tamen sub eo uno ordine omnes  
aestuamus, quia iuxta qualitatem  
corporis sentitur etiam pondus  
caloris, sic damnatis et una  
est gehenna quae afficit et tamen  
non una omnes qualitate comburit quia  
quod hic agit dispar ualitudo corporum,  
hoc illic exhibet dispar causa meritorum.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 9, 65  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.527,  
ll.59-65).